



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 161. Auschiorum Archiepiscopi possessio ab Armeniaco Comite turbata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



Sæcul. XV.  
A. C. 1454.

§. CLXI.

*Auschorum Archiepiscopi possessio  
ab Armeniaco Comite  
turbata.*

*Monstrelet  
vol. 3.*

*Bellefort. d.  
cap. 56.*

Joannes V. Comes Armeniacus, illius Filius, qui a Delphino in Insula Jordani captus, Regis vero gratia suis bonis restitutus est, quemdam ad Archiepiscopatum Augustæ Auschorum promotum, ab illius possessione præpedire moliebatur, ut Joannem de Lescuna Fratrem suum Nothum, quem a Capituli factione suis partibus adhærente eligi curavit, intruderet. Rex Claromontium Comitem, Loheacium Marescallum, aliosque in Armeniacensem Comitatum: Comitem vero Dammartinum, & Ebroici Præfectum cum valido exercitu Lactoram destinavit, dato negotio, ut hanc urbem cingerent, quæ tamen, sicut & cetera hujus Comitis oppida mox deditionem fecere. Hæc agendi ratio non modice afflixit Pontificis animum, eoquod ipse eum, qui primo electus, & defuncti Archiepiscopi Nepos erat, confirmasset. Interea tamen Armeniacus Comes suis bonis fisco additis in Arragoniam, ubi adhuc quasdam arces reliquas habuit, profugere coactus est.

§. CLXII.